

Aduertencias para

de nouo hoc priuilegium Prouincialibus.
Et q̄ possint communicare suis Fratribus
auctoritatem suam &c. Et aduerte, q̄ potes-
tas quæ datur per hoc priuilegium Leonis
10. non habet tantas limitationes sicut pri-
uilegium Adriani .6. Priuilegium enim
Leonis. 10. solum petit, q̄ Episcopi non sint
in Prouincia, ad hoc vt supra dicta possint
benedicere. Et sic Sede vacante dicitur, q̄n
Episcopi non sunt in Prouincia. ¶ Et nota
q̄ hæc supra dicta omnia possunt facere Fra-
tres, & benedicere, si eis Prouinciales com-
municent, scilicet dicendo. Auctoritate Apo-
stolica committo tibi Fratri. N. auctoritate
Breuis Adriani. 6. scilicet Omnimodam su-
per has, & has personas, sicut mihi concedi-
tur: nec non communico tibi Breue Leonis
10. & alia priuilegia Fratribus Indiarum
concessa, & concedenda. Ex Patre Ildephon-
so à Noreña, in suo Compendio verb. Bene-
dicere: & etiam ex Patre Magistro à Vera-
cruce, quem refert Frater Emanuel, art. 3. ci-
tate. q. Vbi etiam adducit pro partibus Ul-
tramontanis, & Cismontanis aliud priuile-
gium Innocentij 8. expeditum anno Incar-
nationis Dominicæ. 1489. ad petitionem Io-
annis